4

incrementum nec uerterentur tamen in senium·
aut usq· in senium nec tamen in mortem·
donec illa benedictionis multiplicatione terra
impleretur· Sic enim uestib' israhelitarum
praestitit ds per annos quadraginta sine ullo
detrimento proprium statum· Quanto magis
praestaret corporib' oboedientiam praecepto suo
felicissimum quoddam temperamentum certi
status· donec in melius conuerterentur·
Non morte hominis qua corpus ab anima deseritur·
sed beata commutatione a mortalitate ad inmor
talitatem· Ab animali ad spiritalem qualitatē·
Harum sententiarum quae uera sit uel si alia uel
aliae possunt adhuc ex illis uerbis exculpi· quae
rere ac disserere longum est· illud nunc dici
mus secundum istam condicionem nascendi et
moriendi· quam nouimus et in qua creati sumus·
aliquid boni esse coniugium masculi et feminae·
Cuius confoederatione ita diuina scribtura com
mendat· ut nec dimissae a uiro nubere liceat al
teri quamdiu uir eius uiuit· Nec dimisso ab uxo
re liceat alteram ducere nisi mortua fuerit quae
recessit· Bonum ergo coniugii quod etiam dns
in euangelio confirmauit non solum quia prohi
buit dimittere uxorem nisi ex causa fornicatio
nis· sed etiam quia uenit inuitatus ad nuptias
cur sit bonum merito quaeritur· Quod mihi
non uidetur propter solam filiorum procreatio
nem· sed propter ipsam etiam naturalem in di
uerso sexu societatem· alioquin non iam diceretur
coniugium in senib'· praesertim si uel amisis
sent filios uel minime genuissent· Nunc uero
in bono licet annoso coniugio· etsi emarcuit

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_210/0013